

donationis Luponis ducis oblato (no. 214?), adiudicatur. 'Anno regni d. Haistulfi V, . . ind. VI'. Reg. Farf. 39; Assemani III, 415; Galletti, Chiese di Rieti p. 132; Troya 677. **247**

Nov. in. Papiam proficiscenti Stephano III. papae Aistulphus rex legatos obvios mittit. Lib. pont. II, 100, V. Stephani cap. 21.

c. Nov. 10—15. Papiæ Aistulphus rex semel atque iterum cum Stephano III. papa de restituendis civitatibus rei publicae ereptis et de eo quod papa in Franciam ire sibi proposuerit colloquitur. Lib. pont. II, 101.

Nov. In Benevento in palatium. Scaniperga et Liuprand 'summi ducibus g. L.' donant 'per rogum Eufimiae abbatisae' monasterio S. Mariae in Locosano, cui Albileopa abbatissa praeerat, condomas undecim et casas infra Beneventanam civitatem sitas. 'Act. . . per ind. prima'. (Ind. falsa est, ideo annus incertus). Chron. Vultur. ap. Muratori SS. I, 2, 374; Troya 668. **248**

754. Ind. 7—Spt. 1—8; Aistulfi a. 5—Iul. 3—6.

Febr. In gualdo Mirencla. Scauniperga et Liutprand duces (Beneventani) donant 'per rogum Atenolphi cubicularii' Punnuni scaffardo suo Fusam mulierem cum duobus infantulis et cum casa terraque in qua residebat. (Praeceptum datum 'per ind. XIII', quae recta non est, ideo annus incertus). Reg. S. Soph. Ben. Ughelli X, 552; Assemani II, 589; Troya 670. **249**

*Febr. Papiæ, in palatio Otalii. Aystulphus rex confirmat, Anselmo abbate ab ipso et Gisaltruda regina petente, monasterio SS. Petri et Pauli apostolorum Nonantulano omnes possessiones quum ab aliis, tum a se donatas, donat quasdam res, constituit privilegia. 'Data . . per ind. VII . . anno dom. incarn. 753'. Ughelli II, 86; Muratori, SS. I, 2 p. 191; Mabillon, Acta SS. o. B. IV, 1 p. 7; ex apogr. Nonant. Tiraboschi, Nonant. II, 7; Troya 671. Spurious. **250**

Mart. 1. — Ahistulf rex convocatis ex diversis partibus regni iudicibus capitula legum edicto addenda constituit 'anno regni quinto, ind. septima'. MG. LL. IV, 197.

Apr. In Massa Robiani. Gairipert vendit Tanualdo presbytero particellam suam 'in loco qui dicitur at Munte, at Panchule prope waldo domni regi'. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 82 no. 45; Barsocchini V, 2, 29 no. 47 quaedam emendat; Troya 682. **251**

— — Aistulfus rex mittit Carolomannum principem monachum ad Pippinum regem Francorum. Lib. pont. II, 106, V. Stephani cap. 30.

Jul. 1. 2. — Austripert donat ecclesiae S. Cassiani (in vico Moriano sitae) quasdam res. 'Anno regni V, mense Iulio,